Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



45.

& iudas obsidione & captiuitate longissima deprimentur ita ut uinci &
inmobiles de altero in alterum latus se uersare non possint. Si illa & cetera
his similia quae in scripturis sacris legimus facta non potuerit probare si aliud
quid significare contenderit ergo & meretrix ista mulier & illa adul
tera mulier quae aut propheae iungebantur aut seruantur apphra non turpem
ciunctionem sed sacramenta indicant futurorum. Et erit numerus filiorum
israel quasi harena maris quae sine mensura est & non numerabitur. Et erit
in loco ubi dicitur eis non populus meus uos dicetur eis filii dei uiuentis. Et con
gregabuntur filii iuda & filii israel pariter & ponent sibimet caput unum
& ascendent de terra quia magnus est dies iehrahel. Lxx. Et erit nu
merus filiorum israel sicut harena maris quae non mensurabitur nec numerari
potest. Et erit in loco ubi dictum est eis non populus meus uos uocabuntur fi
lii dei uiuentis. Et congregabuntur filii iuda & filii israel simul. & ponent
sibi principatum unum & ascendent de terra quo magnus est dies iehra
bel. Legimus abiectionem decem tribuum & non mensurabilem israel nec
ultra populum dei indignatione perpetua condepnatum. nunc discimus quomodo
filii iuda & filii israel pariter con gregentur & ponant sibi caput unum
siue principium. & ascendant de terra & in loco ubi prius dicebatur non
populus meus appellentur filii dei uiuentis. & hoc fi eri qua magnus sit
dies iehrahel. Ambigentes & in uarias sententias fluctuantes. oc
currit epla paulo apli ad romanos scribentis. Quod si uolens dis
ostendere iram & notam facere potentiam suam sustinuit in multa pati
entia uasa irae aptata in interitum. ut ostenderet diuitias gloriae suae
in uasa miae quae preparauit in gloria. quos & uocauit nos non solum ex
iudeis sed etiam ex gentibus. sicut in osee dicit. Vocaui non plebem meam ple
bem meam. & non miam esecutam miam esecutam. Et erit in loco ubi dictum
est eis non plebs mea uos ibi uocabuntur filii dei uiui. Ysaias autem clamat
pro israel. Si fuerit numerus filiorum israel tamquam harena maris reliquiae
saluae fient. Verbum enim consumans & breuians in equitate quia uerbum
breuiatum faciet dominus super terram. & sicut predixit ysaias. nisi dominus sa
baoth reliquisset nobis semen sicut sodoma facti essemus. & sicut
gomorra similes fuissemus. Quid ergo dicemus quod gentes quae non sectabantur
iusticiam apprehenderunt iusticiam. iusticiam autem quae ex fide est israel u
sectans legem iusticiae in legem iusticiae non puenit. Igitur beatus apls
assumens osee testimonium. & exponens illud super uocatione gentium
& eorum fide qui ex iudeis credere uoluerunt omnem nobis difficul
tatem interpretationis abscidit. asserens xpi temporibus esse completum. ut